



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

Caput IX. Quæstorum, eleemosynarum nomen, & usus tollatur;  
indulgentias, & spirituales gratias Ordinarii publicent. Duo de Capitulo  
eleemosynas gratis accipiant.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.  
A .1562.

## CAPUT IX.

Quæstorum eleemosynarum nomen, & usus tollitur; indulgentias & spirituales gratias Ordinarii publicent. Duo de capitulo eleemosynas gratis accipiant.

„Cum multa a diversis antea Conciliis  
 „tam Lateranensi, ac Lugdunensi,  
 „quam Viennensi, adversus pravos Eleemosynarum quæstorum abusus remedia tunc adhibita, posterioribus temporibus reddita fuerint inutilia, potiusque eorum malitia ita quotidie magno fidelium omnium scandalo & querela excrescere deprehendatur, ut de eorum emendatione nulla spes amplius relicta videatur: statuit, ut post hac in quibuscunque Christianæ Religionis locis eorum nomen atque usus penitus aboleatur, nec ad officium huiusmodi exercendum ullatenus admittantur; non obstantibus privilegiis, Ecclesiis, Monasteriis, hospitalibus, piis locis, & quibusvis cujuscunque gradus, status, & dignitatis personis, concessis, aut consuetudinibus etiam immemorabilibus. Indulgentias vero, aut alias spirituales gratias, quibus non ideo Christi fideles decet privari, deinceps per Ordinarios locorum adhibitis duobus de Capitulo, de-

„bitis

„bitis temporibus populo publicandas  
 „esse decernit. Quibus etiam eleemo-  
 „synas, atque oblata sibi charitatis sub-  
 „sidia, nulla prorsus mercede accepta,  
 „fideliter colligendi facultas datur: ut  
 „tandem cœlestes hos Ecclesiæ thesau-  
 „ros, non ad quæstum, sed ad pietatem  
 „exerceri omnes vere intelligant. „

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1562.

§. XCV.

*Sessio sequens ad decimam septimam  
 Septembris diem indicta.*

Denique ad Sessionis finem proxima  
 indicebatur ad diem decimam se-  
 ptimam Septembris, hancque in rem  
 sequens prælegebatur decretum: „Ea-  
 „dem sacrosancta Oecumenica, & Ge-  
 „neralis Tridentina Synodus, in Spiri-  
 „tu Sancto legitime congregata, præsi-  
 „dentibus in ea eisdem Apostolicæ Se-  
 „dis Legatis, statuit, & decrevit, pro-  
 „ximam futuram Sessionem habendam,  
 „& celebrandam esse feria quinta post  
 „octavam festi Nativitatis beatæ Mariæ  
 „Virginis, quæ erit decima septima  
 „Mensis Septembris proxime futuri:  
 „hoc tamen adjecto, quod dictum ter-  
 „minum, ac unicuique Sessioni in po-  
 „sterum præfigendum, ipsa Sancta Sy-  
 „nodus pro ejus arbitrio, & voluntate,  
 „sicuti rebus Concilii putaverit expe-  
 „dire, etiam in generali Congregatione,

O 3 „restrin-